

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1248 - 1249

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Reinhardus eosdem denarios a nostra ecclesia et quidam procurator suus Henricus de Pfortzheim ab ipso in feodo haberet, Cünradus abbas in Altdorf emit eandem pensionem apud eundem Henricum de Pfortzheim de consensu nostro et predicti Reinhardi infeodati nostri de Windecke ita, quod nos predictum monasterium in Altdorf liberum permisimus et absolutum perpetuo ab hac pensione, sub tali tamen 5
condicione, quod predictus Henricus de Pfortzheim de bonis suis in Rüdensbach sitis assignavit ecclesie nostre et prefato Reinhardo de Windecke in recompensationem predicti feodi quatuor quartalia siliginis annone et unum quartale avene et tria sextaria nucum et viginti denarios et duos cappones omni anno persolvendum. ne igitur hoc factum posterorum cavillatione vel temporis oblivione possit in irritum 10
revocari aut in oblivionem pervenire, presentem paginam sigillo nostro et sigillo sepe dicti Reinhardi fecimus in testimonium communiri. acta sunt hec anno domini 1248, festo Barbare virginis, presentibus hiis testibus: domino Friderico cantore, Alexandro de Dicke fratre nostro, Hugone capellano nostro plebano in Tambach, Walthero milite dicto Usele, Sifrido de Grens, Symundo capellano et 15
Johanne cellerario in Altorf et aliis quam pluribus.

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 27 or. nb. c. 2 sig. pend. laesis.

328. *Das St. Thomascapitel zu Straßburg bestätigt die Gründung einer Pfründe durch seinen Canonicus Hesso. 1249 März 12 Straßburg.*

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, prepositus, 20
decanus totumque capitulum sancti Thome Argentinensis salutem in domino. cum nos capitulum sancti Thome Hessonem plebanum de Rumolteswilre Argentinensis diocesis in nostra ecclesia, in qua nulla tunc prebenda vacabat, in fratrem et canonicum recepissemus, idem *Hesso* postmodum sub ea forma quandam prebendam de bonis propriis in nostra ecclesia, nostro accedente consensu, creavit de novo¹, 25
ut eam, dum viveret, reciperet et possideret ac ipso decedente sacerdos ydoneus eligatur per nostrum capitulum et per prepositum confirmetur non ut canonicus sed vicarius et prebendarius ad eandem. qui sacerdos nostre ecclesie vicarius dictam prebendam recipiet et habebit in nostra ecclesia sub omni jure et consuetudine, 30
quam in choro et processionibus ac omnibus aliis in ecclesia majori habet ipsique ecclesie exhibet prebenda, que dicitur domini regis², et persona tenens eandem. quique in anniversario dicti Hessonis de sue prebende fructibus viginti solidos Argentinensium dare et dividere debet canonice et prebendariis nostre ecclesie, qui presentes fuerint in vigilia et missa defunctorum. licet itaque redditus seu possessiones ab eodem *Hessone* nostre ecclesie collate modico minus redderent, quam 35

¹ Die darauf bezügliche Urkunde Hessos, 1248 März 12 (in festo b. Gregorii pape), steht in der Registrande C fol. 30^o im Straßb. Thom. A.

² Ueber die Königspräbende am Münster, deren Stiftung Closener und Königshofen Kaiser Heinrich II zuweisen, vergl. D. St-Chron. VIII, 427 not. 1.